

Et scias quod corpora quædā solutione indigent, quædā eleuatione uttingant, & lucida & illuminata fiant in quibus omnia corpora dissoluantur. Scias etiam quod secundum naturā arcana sunt in eis abscondita: quod si regantur natura abscondita, tibi apparebunt quæ Hermeti Philosopho apparuerunt, & est terra alba prope argentum. Confice ergo corpora quæ illa se sanant, cum terra alba est, ut fixa permaneant, & superponere ne ignis eam sua flamma comburat, sed quemadmodū ceteram liquefactā liquefac ea. Et esto memor quod istud vocaturaqua intrans iterū. Igitur in artibus tuis in quibus studes martellos duos fore credas, quorum unus Soli, alter Lunæ debetur. postea sequuntur duo ordinis quos regendos dubiū nostro capiti satis congruē figurat. Ecce numeraui, arcanum cœlestē patefeci, scientiam difficultem atq; absconditam illuminaui, perfectamq; scientiam regendi modū certificaui. Iuro itaq; quod nihil cœlaui, nec alterā nec ullam speciem alienā descriptione descripsi, nec genera alienis locis impo-sui. Igitur si meas literas legeris & intellexeris, venies ad propositum tuum, & Deo gratias ages. Si vero cui compositio debilis & complexio breuis extiterit ad suum propositum non veniet, ignorantiae suæ partē mihi non imponat, nec dicat me errasse, sed scipsum qui ad suum propositum non perueniet.

Interpretationis Epistolæ Alexandri.

Regis finis.

A U T H O R I S I G N O T I, P H I- LOSOPHICI LAPIDIS SECRETA METAPHORICÆ DESCRIBENTIIS, OPUSCULUM.

X E M P L V M scientiæ nostræ senex supra mortē, in eo sunt naturæ cōiunctæ cum cōplemento: terra, aqua, ignis cius & aëris. Et omnia hæc in Saturno. Cum eo aperiuntur portæ scientiarū, sicut dicit Hermes, & præcedentes sui primi. Accipe lapidem suspensum supra mare, ut senex terra alba: super fontem, ut puer hypoquistidos. Nomē

q s